



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118464**

§. 59. Omnia concordiæ pacta accepto suppetiarum nuncio ab Helvetiis  
rejecta

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

Secul. XVI.  
A.C. 1515.

§. LIX.

*Omnia concordiae pæcta accepto  
suppetiarum nuncio ab Helve-  
tiis rejecta.*

*Memoir du  
Bellai liv. 1.  
Ferron. in  
Franc. I.*

Igitur Rex tot secundarum rerum con-  
cursu animatus, Lautreco negotium  
dedit, ut foederis pæcta cum Helvetiis,  
quamvis hi illa nimium sibi proficia Ver-  
cellis proposuissent, nihilominus rata ha-  
beret; proin nihil proprius videbatur esse,  
quam ut foedus jamjam maturum utrin-  
que firmaretur; cum ecce! Helvetiis  
nunciatur, quod popularium suoram vi-  
ginti millia, Rostio Tribuno ductore, in  
auxilium venirent; nec vanus erat ru-  
mor, quippe Rostius non modo advenit,  
sed etiam Albertum de Petra, qui cum  
suis Bernam revertebatur, in itinere ob-  
vium secum ad castra reduxit, proposito  
pinquissimæ prædæ, nec non immensæ  
gloriæ præmio ac spe. Helvetii his sti-  
mulis concitati Vercellense fœdus inter-  
ruperunt, ac suppetiarum, quæ ex Hel-  
vetia advenerant, fiducia animati, nec  
non pecuniis, quas ab Hispanis accep-  
rant, aucti denuo Cardinalem Sedunen-  
sem magni habere cæperunt, polliciti,  
se Galeræ, quo jamjam pervenerant, na-  
tionis suæ auxilia præstolatuos. Cete-  
rum Franciscus I, quamvis foederis spe  
dejo-

dejectus esset, nihilominus **expeditionis** Sæcul. XVI.  
suæ cursum promovebat; opportune e- A.C. 1515.  
nim Papienses urbis suæ portas eidem  
ultra aperiebant; unde Ticinum amnem  
superandi occasionem nactus, nullo fer-  
me negotio ad Mediolanensem urbem  
processit, Trivulcio interea primam aciem  
illius suburbis admovente; sperabat e-  
nim, hanc civitatem ultro Regis impe-  
rio sese subjecturam: Cives vero, ne in  
consiliis suis præcipites essent, Regi si-  
gnificabant, se nullatenus averso a Gallis  
animo, sed Maximiliani Sfortiæ metu,  
quominus Regi adhærerent, prohiberi;  
tempore autem suo se sua in eum studia ac  
fervens Gallico imperio se devovendi  
desiderium luculenter testificaturos. Rex  
horum excusatione contentus, Biagras-  
sam progreditur, ut copias, quibus Ay-  
marus præerat, e dextra Padi ripa tue-  
retur; interea enim Cardonius Pro-Rex,  
Marco Antonio Columna cum valida  
militum manu Veronæ relicto, alterum  
ejusdem fluminis litus cum exercitu suo  
circumibat, eo fine, ut Liviano Veneti ex-  
ercitus Duci arrepti itineris consilium  
occultaret; demum vero ad Hostiliam  
fluvium Cardonius contendit, impositis-  
que pontibus trajecit exercitum, quem  
Papæ copiis Placentiæ conjunxit, cun-  
ctas denique vires Helvetiis Monzæ ag-  
gregaturus. Ast Livianus, qui a tergo

F 5                  insta-

Sæcul. XVI. instabat, cuncta ejus consilia evertit, il.  
A.C. 1515. Iumque Padi trajectu interclusit.

## §. LX.

*Hispanorum & Helvetiorum conjunctio præpedita.*

Postera die Gallorum exercitus castra metabatur Mariniani, quæ urbs est Monzam inter, ubi Helvetii stabant, & Placentiam, ad quam Cardonnius castra locabat, æquo intervallo discreta. Hoc castrorum situ utriusque exercitus conjunctio penitus prohibebatur, cum Cardonnius nullo pacto Helvetiis sese aggregare posset, quin prius Gallos, Venetosque proterreret. Ergo Fœderatis nil reliquum erat, quam ut ad Placentiæ moenia sese reciperent, eodemque loco castra munirent. Quapropter Livianus eos vallo suo nunquam excessuros ratus, totum Cremonæ tractum Laudam usque emensus est, nullo deprehenso hostium vestigio: Galli vero, Venetique, cum cunctando hostium suorum conatus eluderent, haud temere censebant, Helvetios, quod a Gallorum equitatu intra castra pertinacius cohibiti, contamenti etiam prælio laceferentur, tandem animo frangi, eo potissimum nomine, quod nonnisi octingentis levioris armaturæ equitibus a Sfortia suffulti, a Fœderato-